



BIB
ONI

GK



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

De Natas a Andorff.

ΔΩΡΟΝ ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ
IN

Z a
525

A.R. 187. AUGUSTO NOMINE
SERENISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ,
DOMINÆ
SOPHIAE DOROTHEÆ,
REGINÆ BORUSSIÆ ATQVE BRAN-
DENBURGICÆ ELECTRICIS,
NATALIBUS
CORONÆ MAGNÆ BRITTANNIÆ
PRINCIPIS,
PERACTO
FELICITER IUBILÆO SECULARI
A GYMNASIO MAGDEBURGENSI
SUBMISSISSIMO CULTU EXCEPTUM,
MÆCENATIBUS ET AMICIS
QVANTO POTEST STUDIO ET CONTENTIONE
COGNOSCENDUM ÆSTIMANDUM QVE
OFFERT
M. GODOFREDUS BERGNER,
RECTOR.

MAGDEBURGI,
LITERIS CHRIST. LEBERECHT FABRI, PRIV. TYPOGR.
37.

Bene bono cum DEO cœptum in schola nostra Jubilæum secundum, feliciterque, DEO fortunante, continuatum per menses anni modo præteriti singulos, si alteram Novembris partem & Decembrem excipias, qui operi sancto imponeret coronam. Quarta enim quaque anni parte censuræ publicæ exponere certum erat, quos electos trium mensium dies docens cum discentibus habuisset, quamque laborum jubilorum dispescuisset pensa inter studiosam juventutem. Sed cum in ecclesia quoque jubila resonare cœpissent d. XV. Julii, &c, permitrente Regia Majestate, die V. Nov. inibi repeterentur, circulis quadam tenus turbatis, schola, ut harmonia constaret, sequiores sibi datas esse partes, consiliumque mutandum, cernebat. Unus igitur cum dimidio supererat anni laudati mensis, tres autem in hoc angusto temporis spatio dies, videlicet XVI. Nov. III. & X. Dec. huic negotio accommodatissimi. Quibus, ut connexio materiæ constaret, dedicandum curavimus *assistantiae divinæ monumentum in messorum ad piorum instantiam in messe concessa designatione.* Succurrebat quippe desiderium, quo non paucæ omnium ordinum in urbe mentes flagrasse dicebantur ducentis abhinc annis facrorum emendationem cognoscendi, videbamurque videre mundi Servatorem in Judæorum schola, docentemque appetentissimos salutis viæ, & proponentem modum, quo fames sitisque justitiae restinguenda forent, audire. In nostros quippe majores convenit, quod Evangelista commemorat: Jesus, cum prospexit populum ad se confluentem -- -- discipulis inquit: (*) *Messis quidem magna est, sed pauci adsunt operarii. Quare messis Dominum rogate, ut suam in messem mittat, qui colligant, reponantque ejus in horreum &c.* Plus vice simplici anno superiori argumentis confirmatum est, quam agmine nostri maiores compellarint Ampliss. Urbis Senatum, Monasterii B. Mariæ Virginis Præsulem & verbi divini Ministros, debitâque rogaverint ratione, ut sibi commonstrarri paterentur, quo meliora docti fugerent ad salutem. Ecce tibi messem copiosam! Piorum precibus motus

(*) Matth. IX. v. 27 seqq. c. XIII. v. 30.

tus Deus in medium consulebat, ut conducerentur, quorum opera in ecclesia pariter & schola colligerentur Deo grati, hominibusque salutares thesauri, removerenturque obstacula frumentorum. Non divus solum Lutherus sua Magdeburgum dignabatur præsentia, verbaque vitæ cum morte propinquis spiritualiter communicabat; sed *Amsdorffium* quoque *Crucigerumque*, pietatis & doctrinæ gloria florentissimos. Viros commendabat, qui suam cum aliis in messe Domini studiosissime felicissimeque operam conferebant. Atque horum cœlitus emissorum in hanc Parthenopolitanam messem ministrorum *natales* & *emortuales* dies anlam dederunt vitas eorum pluribus exponendi. Quoniam vero Domini messorum labor in eo cum primis versatur, ut autoritate divina collectam zizaniam in ignem projiciant, triticum autem comportent in horreum Dei. Præter XVI. Nov. & III. Dec. pensi quoque habendus erat d. X. Dec. quo à Christo nato supra sesquimillesimum viagesimo anno Megalander divino spiritu corroboratus decreta Pontificum pontificiosque libros, magna eruditorum frequenter stipatus prope Wittebergam combusit, & hâc quoque ratione Magdeburgenses in bono proposito confirmavit. De Augusto R. I. relatum legimus, eum proximum a Diis immortalibus honorem memoriæ ducum præstuisse, qui imperium populi R. ex minimo maximum reddidissent. &c. &c. (*) Majori, credo, jure Magdeburgenses proximum ab immortali Deo honorem memoriæ Doctorum præstare, qui Ecclesiam Scholamque maximam ex minima reddiderunt. In schola sua cui libet tributa sunt diei recitataque coram scholastico cœtu, quibus rerum a laudatissimis Doctoribus gestarum memoria ad posteros transmittatur. Quæ anni veteris labori nova accreverint, commemorare jussit & inaugurationis Regiæ Majestatis Borussiacæ memoriæ d. XIIIX. Jan. & Natalis XIV. Regni Heredis florentissimi d. XXIV. Jan. Sed de utroque jam pluribus actum est publice anno superiori auspiciatissimis Patris Filiique Augustissimorum Onomasteriis. Cum vero & d. VI. Febr. se nobis obtulerit, qui memorando Serenissimæ Borussorum Reginæ Nomini sacer est, quique fidelissimos quosque civium ad gaudium piaque vota possit concitare; non omnino absolum videbitur,

) (2

si

(*) Suetonius in vita Oct. Aug. C. 21.

si in sacris hisce regalibus Gymnasium nostrum sua finiat jubila
ob conservatam verbi divini veritatem bonasque literas hos per
ducentos annos. Et magna Britannia, ad quam Clementissi-
ma Patriæ Mater divinum refert ortum, ansam in Henrico VIII.
cum primis dedit D. Lutheru sacrum negotium dilucidandi, am-
plificandique doctrinam cœlestem, librum cum regia exarasset
manus contra Lutherum, qui Leoni X. dignus habebatur, cuius
causa inclytissimus Auctor cum posteritate sua Fidei Defensor
salutaretur. Quid de Reginæ nostræ gloriofiss. recordat. Avo, S.R.
I. Electore, quid de Augustissimo Patre, magnæ Britanniæ Rege
commemorem? Quantopere pro amplificanda Dei gloria cer-
taverint, quamque adhuc eam tueantur contra varios Satanæ
insultus, brevibus non potest explicari, qua decet, fieri conten-
tione. Horum divinas virtutes in Patriæ nostræ Matre indul-
gentissima adamantino quasi vinculo junctas conspicari licet,
unde optima quæque in nos effundere libet gratiæ divinæ. O
beatos, qui, quo debent, loco habent munus regium, quod re-
gem regum auctorem agnoscit, deque eo sollicite asservando
usurpandoque sancte meditantur! Cum vero præter cultum
excelsi Reginæ Nominis debitum hic agendum sit de Viris, qui
nos in majoribus docuerunt è revelato verbo Dei, qui debeatur
honor divinæ Majestati, quaque excipiendi sint veneratione
Reges & Principes, paucis vel repetemus abhinc septennio in
Oratione seculari commemorata, vel inserenda curabimus, quæ
clariora postmodum innotuerunt. In triumviris, qui Magde-
burgi lucem è tenebris revocasse leguntur, est Nicolaus de Ams-
dorff, parentibus generosis in prædio Gross-Zscheppa, territorii
Wurzensis d. III. Dec. a. MCCCCLXXXIII. Anno MDII. in Aca-
demiam Wittebergensem missus adeo feliciter suarum fatage-
bat rerum, ut biennio elapso Philosophiæ Magister cum laude
renunciaretur. Cum parem adhibuissest diligentiam in cogni-
scendis iis, quæ Deo propiora sunt, ab Ordine Theologorum
impetrabat paulo post facultatem Theologiam publice profi-
tendi Theologiæ Baccalaureus salutatus. Honor honorem
sequebatur Academicum, & qui paucis annis ad Gamalielum
pedes federat, horum jam non solum Amplissimo inferebatur
Ordini; sed Præses quoque Collegii Philosophici anno d. L. octa-

vo,

at jubila
hos per
nentissi-
co VIII.
ndi, am-
xarasset
ur, cuius
Defensor
avo, S.R.
iae Rege
oria cer-
Satanæ
conten-
e indul-
ari licet,
næ. O
quod re-
servando
cultum
iris, qui
beatur
eratione
ennio in
us, quæ
Magde-
de Ams-
territoriis
l. in Aca-
fatage-
in laude
cogno-
gorum
e profi-
onorem
malielum
erebatur
l. s. Octa-
vo,

vo, & iterum anno decimo nominatus in bene meritos nomen
privilegiaque Magistri auctoritate Cæsarea conferebat. Quo
autem divina Amsdorffii indoles & doctrina singularis plures
inveniret admiratores, ad Licentiam Doctoris Theologici axiomam
capessendi invitabatur. In ordinem Theologorum receptus
anno XIII. & XXII. d. I. Maji Academiæ Rector docentium
discentiumque cœtum laudatissime moderabatur. Verum laus
Amsdorffii maxima erat, quod in Canonicorum Ecclesiæ O. O.
S. S. Collegium Wittebergæ receptus penitus inspiceret com-
menta pontificia, horumque detestatus vanitatem saniora Lu-
theri consilia amplecteretur. Tantum autem Lutherus Ams-
dorffianæ dexteritati & ingenii acuminis tribuebat, ut gravissimi
ponderis negotia cum eo communicaret. Anno XIX. in Con-
cilio Lipsiensi, auspiciis Georgii, Ducis Saxonie, instituto accu-
rati Theologi tuebatur partes, turbulentumque *Eccii ingenium
vivis ad Spalatinum coloribus describebat. Neque fere ab hoc
tempore ullus habetur annus, quo non insigne aliquid de Ams-
dorffio consignatum habeatur. Anno XX. Lutherus nostro
dedicabat librum vom Christlichen Adel Teutscher Nation, eumque
ejus subjiciebat censuræ. Anno XXI. Lutherum ad comitia
Wormaciensia vocatum comitabatur, experiebaturque domum
reversurus, Lutherum in itinere sibi eripi, ducique per deser-
tum ad loca tuta, uti ab Electore fuerat ordinatum. Anno XXII.
excipiebat domi suæ Lutherum, è Pathmo suo, ubi in decimum
usque mensem delituerat, reversum mense Martio. A. XXIII.
Wormaciensis edicti ab Imperii Proceribus, absente Carolo V. in
comitiis Norimbergensibus abrogationem latus accipiebat. A.
XXIV. commendatus Magdeburgo Amsdorffius, (Orator omni-
bus numeris absolutus, quem D. Lutherus ipse cupidissime au-
diebat,) ut in Ecclesia & Schola probe ordinaret singula. Quam
felici huc venerit omine factus Ulricanus Pastor, reliquarumque
ecclesiarum in urbe veteri Ephorus, quantosque tulerit urbi fru-
etus per octodecim annos, brevibus exponi non potest. Lutherus
eum nominabat der Christlichen Kirchen zu Magdeburg obersten und
rechten Bischoff. Anno XXV. Goslariam vocabatur, doctrinam

*D. Joh. Eccius, Prof. Ingolstad. scripto Andr. Bodensteinii Carolstad. pro
defensione Lutheri excitatus cum Bodensteinio primum, postea cum
Lutherio X. dies disputabat.

ritusque Ecclesiasticos ut constitueret ad normam ecclesiae Witt-
tebergenensis. D. XXIII. Jan. anni XXVII. huc reversus invenit
antagonistam e Clero Pontificio, qui calumniabatur, nostrum
bona opera vetuisse. Ad amicum vero colloquium in Cathedrali
templo instituendum an. XXIX. comparere recusabat adver-
sarius; hinc nascebatur Unterricht, warum die Dom-Prediger zu Mag-
deburg nicht disputireñ wollen? An. XXIX. scholæ nostræ novum
præfecit Rectorem, Georgium Majorem, & eam e monasterio ad
regulam Sti Augustini in Franciscanum transferendam curabat.
Et quis dubitaret, Amsdorffum suam contulisse operam anno
XXX. ad Confessionem Carolo V. R. I. in comitiis Augustanis
exhibendam? In conventu Smalcaldiæ secundo d. xv. Febr. an.
XXXVII. Articulis subscribebat magnorum Imperii Principum
auktoritate corroboratis. Suæ ibidem concioni habitæ insere-
bat: Dieses Evangelium gehöret vor die Krancken, Schwachen und armen
Sünder, aber derer sind hier keine. Denn grosse, reiche Fürsten und Herrn
fühlen ihre Kranckheit und Schwachheit nicht. Reliquos annos docen-
do, disputando, scribendoque laudatissime consumebat, dum an.
XLII. d.x. Jan. in locum D. Philippi, comitis Palatini ad Rhenum
Episcopus Naoburgensis constitueretur. Quam & in hac statio-
ne se religiosissimum Præfulem exhibuerit, dum a. XLIX. for-
tunæ varietati cedere, suamque provinciam relinquere deberet
Julio Pflugio à Carolo V. viatore Saxonis Electoris surrogato. lite-
rarum monumenta loquuntur. Ad suos reversus Magdeburgen-
ses Amsdorffius exul cum horum Theologis se opponebat iis, qui
oblatam religionis formulam, INTERIM nominatam, dum de con-
cilio conveniret inter dissidentes, recipiebant. In Academiam
Jenensem hoc fundatam anno & post decennium introductam,
magno quoque theatro Amsdorffii spectantur merita, suumque
Nostro Tomi Lutheri debent ordinem. In libertatem vindica-
tum Electorem Saxonem a. LII. videre gaudebat, huicque, dum viveret, &
ejus Filiis Serenissimis sua in Sacris præstabat officia alter velut Nathan ad vitæ
sux finem, quem vitæ captus satietae attingebat d. XIV. Majia. LXV. Isenaci.
In consilium à Senatu Magdeburgensi contra internæ pacis turbatores anno
LXIII. adhibitus laudabat ejecionem Cleri turbulenti, à quo dentatis aculeat-
isque perstringebatur scriptis. Non deerant tamen, qui aliam ejus duram
locutionem excusabant, dicentes, melius eum sensisse, quam dixisse. Secun-
dus in messe Domini operarius Magdeburgi est Caspar Cruciger, Lipsiæ na-
tus

esiæ Wit-
s invenit
nostrum
athedrali
at adver-
ter zu Mag-
e novum
asterio ad
curabat.
ram anno
ugustanis
Febr. an.
principum
æ insere-
und armen
und Herren
os docen-
t, dum an.
Rhenum
ac statio-
.LIX. for-
e deberet
gato. lite,
eburgen-
oat iis, qui
m de con-
ademiā
ductam,
suumque
vindica-
viveret, &
han ad vitæ
XV. Isenaci-
tores anno
atis aculea-
ejus duram
ffe. Secun-
Lipsiæ na-
tus

tus d. I. Jan. seculi decimi sexti anno IV. Pater ejus sanæ Theologiae amantis-
simus filio eam suo græcis latinisque & ebraicis literis probe docto à Georgio
Heldo, Casp. Bernero & Petro Mosellano commendabat. Wittebergam mis-
sus inveniebat Doctores, quorum præstantia allectus felicissime capiebat
præstantissima quæque, ut viginti annos nato schola Magdeburgensis instau-
randa regendaque anno XXIV. posset commendari. Nam cum noverint
omnes, quantum D. Lutherus bonis tribuerit scholis, collectu facile est, non
fuisse Cruciger meliorem, cui hæc scholæ constituendæ provincia potuisset
committi. Neque spes fefellit Theandrum, siquidem magnus undique bo-
narum mentium confluxus ad scholam nostram & hujus famigeratissimum
Rectorem fiebat. Et cum discendi cupidissimos non caperet auditorium,
è templo S. Stephani optimus Præceptor cum discipulis in cœnobium Au-
gustini clarum nomine dimittebatur, habebantque præter juventutem viri,
quos publica decorabant munera, quibus pium desiderium sedarent. Rebus
autem optime constitutis Magdeburgi, ut coeptam pertexere possent telam
expeditius ad scholam nati, Cruciger Wittebergam revocatus anno XXVII.
professorem se dexterimum exhibebat, ut post triennium Decanus Philoso-
phicæ Facultatis evaderet. Ad Licentiam capessendi Doctoris Theologi
dignitatem anno XXXIII. admissus summum paulo post deportabat gradum,
& cathedram utramque in Academia illustrabat Theologus, Medicus &
Mathematicus insignis. Sedulam D. Lutheru in vertendis bibliis s. cum na-
vasset operam, a. XL. ad Colloquium Wormaciense cum Phil. Melanchtho-
ne missus annotabat singula, accuratamque subtilitatum Eccianarum resolu-
tionem promovebat. Quibus motus legatus Cæsareus Granvella, hujus
Colloquii Præses, dixisse fertur: Die Lütheraner haben einen Schreiber, der
gelehrter ist, als alle Papisten. A. XLVI. Rector Academiæ constitutus ob
belli fuorem fasces tueri debebat ad vitæ finem, an. XLVIII. d. xvi. Nov. quo
placida, sed immatura morte decebat, cum ageret annum XLIV. Quibus
expensis patebit, & Crucigerum inter astus afflictionum sua in messe Magde-
burgensi præstissime tum colligendo, tum comburendo, ut à messis Domino
erat doctus. Ecquis enim nescit, scholas suum habere triticum in bonis, suum
in malis lolium & carcinomata? Ad combustionem papalium librorum quod
attinet, D. Luth quem operariorum principem habemus, cum audisset, libros
suos Coloniac Agrippinæ & Lovaniæ, publice concrematos fuisse, de verbi
divini Majestare contra Deomachos vindicanda, cogitabat. Et è machina
consilium! Bullæ, quam vocant, pontificiæ, Eccii artibus cusevanitatem ride-
bat, evincebatque argumentis, Satanicam eam esse, nec ullum unquam ab
initio mundi tam impudenter locutum esse in Deum. Atque ut labori con-
staret merces d. x. Dec. an. XX. scholasticam Wittebergæ juventutem affixis
schedu-

schedulis convocabat, ut lernæ hæresium, h. e. juris Pontificii concrematio-
nem præsentibus Professoribus, doctisque viris aliis conspicaretur. Bullam
papisticam cum conjiceret in ignem, inquebat: Quia tu conturbasti san-
ctum Domini, te conturbet ignis æternus. Non Pontificios solum hoc lutheri-
i institutum male habebat, sed Henningo quoque à Goeden, Hier. Schurffio
&c. Professoribus Witteb. (*) At vero Luth. facti hujus nunquam pœni-
tuit. Sic autem ad Staupitium scribit: *Exus si libros Papa. & bullam primum
tepidus & orans, sed nunc latior, quam ulla alio totius vita mea facto. Pe-
stilentiores enim sunt, quam credebam.* In reliquis Pontificii juris titulis
horrendis non parum offendunt sequentes: *Non est præceptum, sed consilium
Petri, quando docuit, ut omnes homines Regibus essent subjecti. Inferiores
& subjectos posse suis superioribus inobedientes & contumaces esse, & Pa-
pam posse reges deponere.* Salutem universitatis fidelium ex Papa inco-
lumente pendere. Nos pro magno reputamus Dei dono, Regi nos testari
posse subjectissimum cultum & pietatem. Et cum e Regia incolumentate no-
stram pendere salutem neverimus, ejus cœlo commendamus Augustissimam
Domum, ut semper, ita vel maxime, cum Natales aut Nominibus Serenissi-
mis sacri illucescant dies. *Regium hoc, imo divinum Donum* denuo nobis ob-
tulit dies VI. Febr. in cuius submississima veneratione jubilæo nostro schola-
stico felices imponeremus colophonem. Pluribus suo suorumque commi-
ttonum nomine hodie ab hor. II. pom. persequuntur testabunturque, scholam
nostram docere suos timere Deum & Regem venerari.

JOHANNES SEBASTIANUS KRIIMHOLZ, Saxo-Gothan. Miner-
vam in Patriæ nostræ Matre Carm. Germ. inducit.

JOHANNES CHRISTIANUS HOHENSTEIN, Magdeb. Amsdorffii,
Theologi Magdeb. vitam & merita in Ecclesiam carmine heroico lat. decan-
tabit secundum illud Solonis ap. Auson:

Pulchrius multo parari, quam creari nobilem.

JOHANNES CHRISTIANUS ARNOLD, Sonnenb. Crucigeri, primi
Magdeb. Gymnasi emendati Rectoris instituta Orat. Germ. commendabit.

JOHANNES STEPHANUS BILDZING, Magdeb. Lutherum magna-
nimi pontificiorum librorum combustione sacrorum emendationem pro-
movisse, Or. Lat. commonstrabit.

SAMUEL GOTTFERTRAU LIPPACH, Magd. fortitudinem & magni-
tudinem animi non virorum solum firmitati, sed foeminarum etiam elegan-
tiae natura instillatam, * vorsa prosaque Oratione Germ. dicere annitetur.

* Cap. XXVII. Lib. III. Cic. de Off.

Quos sua ut præsentia illustrent conatus Mæcenates & Fautores, quo decet
fieri, cultu rogamus. P. p. Magdeburgi, d. XVI. Febr. clo 10 cc xxv.

(*) C. Ziegleri diss. de orig. & Increm. Jur. Can.



concrematio-
ur. Bullam
perturbasti san-
ctum hoc l. uthe-
mier. Schurffio
quam poeni-
lam primum
e facto. Pe-
tii juris titulis
ed consilium
Inferiores
es esse, & Pa-
x Papa inco-
gi nos testari
lumitate no-
gustissimam
us Serenissi-
mo nobis ob-
ostro schola-
que commi-
que, scholam

han. Miner-

Amsdorffii,
o lat. decan-

igeri, primi
commendabit.
rum magna-
tionem pro-

em & magni-
ciam elegan-
tannitetur.

s, quo decet
cc xxv.



VD18



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Nicolas a Andorff.

ΔΩΡΟΝ ΒΑΣΙΛΙΚΟΝ
IN



A.R. 187 AUGUSTO NOMINE
SERENISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ,

DOMINÆ
SOPHIAE DOROTHEÆ,
REGINÆ BORUSSIÆ ATQVE BRAN-
DENBURGICÆ ELECTRICIS,
NATALIBUS

CORONÆ MAGNÆ BRITTANNIÆ
PRINCIPIS,
PERACTO

FELICITER IUBILÆO SECULARI
A GYMNASIO MAGDEBURGENSI

SUBMISSISSIMO CULTU EXCEPTUM,
MÆCENATIBUS ET AMICIS
QVANTO POTEST STUDIO ET CONTENTIONE
COGNOSCENDUM ÆSTIMANDUM QVE

OFFERT
M. GODOFREDUS BERGNER,
RECTOR.

MAGDEBURGI,
LITERIS CHRIST. LEBERECHT FABRI, PRIV. TYPogr.
37.

